gine terreni nature necessitate portauimus. ita imaginem celes
tis gratie sanctificatione portemus. Feria eundem XX

In diebus illis. Dixit dominus ad moisen et aaron in terra egipti. Men
sis iste uobis principium mensium. primus erit in mensibus anni.
Loquimini ad uniuersum cetum filiorum israel. et dicite eis. Decima
die mensis huius. tollat unusquisque agnum per familias et do
mos suas. Si autem minor est numerus ut sufficere possit
ad uescendum agnum. assumet uicinum suum qui iunctus
est domui eius iuxta numerum que sufficere possit ad esum
agni. Erit enim agnus absque macula. masculus agniculus. Iux-
ta quem ritum tolletis et hedum. et seruabitis eum usque ad quartam
decimam diem mensis huius. immolabitque eum uniuersa multitu
do filiorum israel ad uesperum. et sument de sanguine ac ponent
super utrumque postem. et in superliminaribus domorum in quibus
comedent illum. Et edent carnes illas assas igni. et azimos
panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum
quid. nec coctum aqua. sed assum tantum igni. Caput cum pedibus
eius et intestinis uorabitis. nec remanebit ex eo quicquam usque
mane. Si quid residuum fuerit. igne comburetis. Sic autem come-
detis illum. Renes uestros accingetis. et calciamenta habebitis in
pedibus uestris. tenentes baculos in manibus. et comedetis festinan
tes. Est enim fase. id est transitus. R. Eripe me domine
ab homine malo a uiro iniquo libera me. V. Qui cogitaue
runt malicias in corde tota die constituebant prelia.
V. Acuerunt linguas suas sicut serpentes uenenum aspidum sub
Custodi me domine de manu peccatoris